

uidebitur Inerte. Locus ab eo quod est maius. a minoribus uero  
 conuerso modo. Nam si est hominis definitio animal gressi-  
 bile bipes. cumque id minus uideatur esse definitio hominis  
 quam animal rationale sicque definitio ea hominis quae dicitur  
 animal gressibile bipes. erit definitio hominis animal ratio-  
 nale mortale. Quae de definitio nemaxima propositio  
 si id quod minus uidetur Inesse Inest. & id quod magis uidetur  
 Inerte. Multa autem diuersitates Locorum sunt ab eo quod est  
 magis a minus argumenta ministrantur quos in expositione  
 topicorum aristotelis diligentius persecuti sumus; Nam ex pro-  
 portione ut si quaeratur an sortes sint legendi In ciuitatibus  
 magistratus dicamus minime qui a nemo uibus quidem  
 gubernator sorte praeficitur est enim propositio. Nam ut se  
 gubernator habet ad nauem. Ita magister ad ciuitatem.  
 Hic autem locus dicitur ab eo quod ex similibus ducitur. ibi enim  
 una res quae uilibet alii comparatur. In proportione uero  
 non est similitudo rerum sed quaedam habitudinis comparatio.  
 Quae de accidenti proportione quae In quaque re euenit  
 idineus proportionali euenire necesse est. Locus a proportione  
 ex obpositis uero multiplex locus est. quatuor enim sibi  
 obponuntur modis. aut enim ut contraria aduerso se se loco  
 constituta respiciunt aut priuatio & habitus aut relatio

Locus a proportione

De obposito